UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Eidem. 264.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

δεσμωτηρίου. σύμπραττε τοίνυν αὐτῷ οὐ χρημάτων ἕνεκεν, ἀλλ᾽ εὐσεβείας καὶ εὐκλείας πρὸς τοῦτον ἀποδυσαμένῳ τὸν ἀγῶνα.

Αὐσονίῳ κορρίκτορι. σξγ.

Καλῶς ἂν, ὦ ἐλλογιμώτατε, διοικήσαις τὴν ἀρχὴν, εἰ τοῦ μὲν δικαίου φύλαξ ἀκλινὴς γένοιο, ἴσον δ᾽ ἀπόσχοιο ἀπεχθείας ἀδίκου καὶ χάριτος· τὸ δὲ ξίφος, ἄχραντον, ὡς ἐνδέχεται τηρήσαις, ταῖς ἀπειλαῖς τὰ πταίσματα περιστέλλων.

Τῷ αὐτῷ. σξδ.

Ἐγὼ εἰ καὶ παράδοξον εἶναι δοκεῖ τὸ ῥηθησόμενον, μεγαλοφροσύνην τὴν μετὰ λόγου φρόνησιν εἶναι ὁρίζομαι. οὐ γὰρ εἴ τις μὴ εἶναι κόλαξ, τοῦτον ἀλαζόνα γραπτέον. οὐδ᾽ εἴ τις κόλαξ εἴη καὶ ἀγεννὴς, τοῦτον μετριόφρονα νομιστέον, ἀλλὰ τὸν τὰ πρέποντα μὲν πράττοντα, μὴ φυσώμενον δὲ κατὰ τῶν πέλας, μηδ᾽ αὑτὸν ὑπερτιθέντα ἁπάντων, ἀλλ᾽ ἐν τῇ προσηκούσῃ τάξει τῇ ἐλευθέροις πρεπούσῃ, ἑαυτὸν φυλάττοντα. μεγαλόψυχον μὲν γὰρ εἶναι χρὴ, οὐχ ὑπερήφανον. ἀνδρεῖον, οὐ θρασύν. ἐπιεικῆ, οὐ δουλοπρεπῆ. μετριόφρονα, οὐ ταπεινοφροσύνην ὑποκρινόμενον. ἐλεύθερον, οὐκ ἀνδραποδώδη. οἷος ἦν καὶ ὁ θεοφιλὴς Ἀβραὰμ, ὃς λαφύρων μὲν ὑπερεφρόνει περσικῶν καὶ σκύλων βαρβαρικῶν. ξενοδοχῶν δὲ, ἁπάντων ταπεινότερος ἦν, τὰ οἰκετῶν διαπραττόμενος, καὶ θείας ὁμιλίας ἀξιούμενος, ἔλεγεν, Ἐγώ εἰμι γῆ καὶ σποδὸς, τοῦτ᾽ ἔστιν, ὡς ἀληθῶς συναγαγεῖν εἰς ταυτὸ μετριοφροσύνην καὶ ταπεινότητα καὶ ὕψος, καὶ τοῦτο ἐστὶν ἐλευθεριότητα δεῖξαι ὑπερηφανίας ἀπηλλαγμένην. οἱ δὲ ταῖς κακίαις τὰ τῶν ἀρετῶν ὀνόματα περιτιθέντες, καὶ ταῖς ἀρεταῖς τὰ τῶν κακιῶν, καὶ πάντα χρήματα μι-

carcere liberet. Quamobrē ei faue, vt qui, non pecuniarum, ſed pietatis atque gloriæ cauſa ad hoc certamen ſe accinxerit.

Auſonio Correctori. 263.

Commodè, vir ſumma doctrina & eloquentia prædite, imperium adminiſtraris, ſi æquitatis quidem firmus cuſtos fueris, ac peræquè & ab iniquo odio, & à gratia & fauore teipſum remoueas: ac denique immaculatum, quodad eius fieri queat, gladium conſeruaris, minis videlicet flagitia coërcens & reprimens.

Eidem. 264.

Ego, & ſi mirum eſſe videatur id quod dicturus ſum, tamen μεγαλοφροσύνην (hoc eſt animi magnitudinem) τὴν μετὰ λόγου φρόνησιν, (id eſt animi affectum cum ratione coniunctum) eſſe ſtatuo. Neque enim ſi quis ab aſſentatione abhorreat, hunc inter arrogantes numerare oportet: nec rurſum ſi quis adulator & ſordidus atque ignauus ſit, modeſtum hunc exiſtimare conuenit: verùm eum demum, qui cùm ea quæ conſentanea ſunt, facit, tamen aduerſus alios minimè inflatur, nec ſe omnibus anteponit, verùm eo gradu atque ordine, qui ingenuos viros decet, ſeipſum continet. Magnanimum enim eſſe oportet, non ſuperbum & arrogantem: fortem, non temerarium: ſuauem ac facilem, non abiectum: ſeruilem, modeſtum, non humilitatis ſimulatorem: ingenuum & liberalem, non ſeruilem. Cuiuſmodi videlicet Abraham erat, qui Perſicas quidem manubias & barbarica ſpolia contemnebat, in excipiendis autē hoſpitibus quibuſuis hominibus humiliorem ſe præbebat, ſeruilia nimirum munera exequens: atque cùm ad diuinum colloquium admitteretur, dicebat, Ego ſum terra & cinis. Hoc autē verè modeſtiam & humilitatem ac ſublimitatē in vnum colligere eſt. Hoc inquam eſt ingenuitatem à ſuperbia puram ac liberam demonſtrare. Contrà qui vitiis virtutum

nomina imponunt, omniáque permiſcēt, vt virtus ægrè internoſci queat, virtutem ipſam meo quidem iudicio velut in exilium mittunt.

Apollonio Epiſcopo. 265.

In externis certaminibus alius eſt pugil, alius præco, qui laude ac prædicatione victores effert. At in diuinis ita lege comparatum eſt, vt qui victoriam adeptus eſt, præconis quoque munere fungatur. Quãobrem ne quidam ex iis qui in Doctorum throno collocati ſunt illud exiſtiment, ſe, vt qui certamē aliis inſtituant, idcirco extra certamina eſſe, nec aliud nihil à ſe requiri arbitrentur, quàm vt eos, qui vicerint, laudibus afficiant: verùm ſic ſe compararent, vt cũ ipſi grauitatis atque omnis virtutis athletæ, atque etiam victores exiſtant, ſimul etiam eorum, qui victoriam aſſecuti ſunt, laudes prædicent. Quòd ſi alterum duntaxat ex his ſibi ineſſe oportere exiſtimantes, ſibiipſis impoſturam faciunt, cùm ab omnibus vt ignaui & imbelles cauillis inceſſentur, ac nihili pendentur: tum etiam à Paulo coarguentur, his verbis vtente, Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo: ne fortè cùm aliis prædicauero, ipſe reprobus efficiar. Quod autem ait, hunc ſenſum habet. Non inter certaminis arbitros duntaxat, aut inter præcones meipſum recenſui, nec huiuſmodi nominibus glorior: verùm cùm me in vitæ meæ ratione atque inſtituto victoria dignũ præbuerim, ac præbere cupiam, hoc imperio fungor. Illúdque laboro, vt ne ea, quæ à pugilibus poſtulantur, dedecorem: non ob eum honorem quo auctus eſſe videor in ſegnitiem & languorem vergens, ſed per labores hoc planum faciens, me haud abs re honore affectum fuiſſe. Atque acceptum beneficium integrum & incolume conſeruo, dum meipſum non voluptatibus animíque remiſſionibus, ſed laboribus trado.

Eutonio Diacono. 266.

Σωφροσύνη propriè dicitur, quæ furori

γνῶτες, ἵνα ἡ ἀρετὴ δυσδιάγνωστος γένηται, αὐτὴν τὴν ἀρετὴν ἐξοστρακίζειν μοι δοκοῦσιν.

Ἀπολλωνίῳ ἐπισκόπῳ. σξε.

Ἐπὶ μὲν τῶν ἔξωθεν ἀγώνων ἄλλος ἐστὶν ὁ ἀγωνιστής, καὶ ἄλλος ὁ κῆρυξ, ὁ τοὺς νικῶντας ἀνακηρύττων. ἐπὶ δὲ τῶν θείων τὸν στεφανίτην, καὶ κήρυκα εἶναι νενομοθέτηται. μὴ τοίνυν τινὲς τῶν εἰς τὸν διδασκαλικὸν ἱδρυθέντων θρόνον, ὡς ἀγῶνα ἄλλοις διατιθέντες, τῶν ἀγώνων ἔξω εἶναι νομιζέτωσαν, μήτ᾽ ἀρκεῖν αὐτοῖς ἡγείσθωσαν τὸ ἀνακηρύττειν τοὺς νενικηκότας, ἀλλ᾽ αὐτοὶ σεμνότητός τε καὶ πάσης ἀρετῆς ἀγωνισταὶ καὶ στεφανῖται τυγχάνοντες, καὶ ἀλειφέτωσαν τοὺς ἀγωνιουμένους, καὶ ἀνακηρυττέτωσαν τοὺς νενικηκότας. εἰ δὲ θάτερον ἀξιοῦσι μόνον προσεῖναι αὐτοῖς νομίζοντες, ἑαυτοὺς παραλογίζονται. κωμῳδηθήσονται μὲν παρὰ πάντων, καὶ ἐξευτελισθήσονται ὡς ἄνανδροι· ἐλεγχθήσονται δὲ καὶ παρὰ τοῦ Παύλου φράζοντος, ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶ, μήπως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν, οὐκ εἰς ἀγωνοθέτας μόνον ἐμαυτὸν ἐνέκρινα, οὐδ᾽ εἰς κήρυκας. οὐδὲ τούτοις σεμνύνομαι τοῖς ὀνόμασιν, ἀλλ᾽ ἀξιόνικος ἐν τῇ πολιτείᾳ ὀφθεὶς καὶ ὀφθῆναι γλιχόμενος τὴν παροῦσαν ἀρχὴν ἐνεχειρίσθην, καὶ ἵνα μὴ καθυβρίσω τὰ τοῖς ἀγωνισταῖς πρέποντα διαπονῶ. οὐ τῷ δόξαι τετιμῆσθαι εἰς ῥᾳθυμίαν ἀποκλίνων, ἀλλὰ τοῖς πόνοις τὸ εἰκότως τετιμῆσθαι δηλῶ, καὶ τὴν δωρεὰν διατηρῶ ἀκέραιον, καὶ τὸ μὴ ἀνέσεσιν, ἀλλ᾽ ἱδρῶσιν ἐμαυτὸν ἐκδίδομαι.

Εὐτονίῳ διακόνῳ. σξϛ.

Σωφροσύνη κυρίως εἴρηται, ἡ ἀντιδιαστελ-